



**O**Tto Moguntiaë natus, à teneris annis operã literis dedit, & hinc inde in uarijs academijs plurimum profecit. In primis uerò Theologiae operam dedit, atq; ab initio Monachorum collegio sese Argentinae coniunxit. Cùm autem euangelij doctrina publicaretur, ipse eandẽ amplexus Monachos reliquit, & legendo & scribendo magnum sibi nomen comparauit. Collegit enim Catechesim puerorum atq; 1529 Argenterati ædidi. Annotationes etiam in 4 Euangelia scripsit, atq; Locos cõmunes in Euangelia & Acta Apostolorum exhibuit. Pandectas insuper scripturarum ueteris & noui Testamenti secundum locos communes or-

dinauit. Cùm autem Medicorum quoq; scriptis delectaretur, Basileã accessit, atq; Anno 1530 Medicinae doctor creatus, Bernã Heluetiorum peruenit, & in potenti ea Republica per aliquot annos primariũ Medicum egit,